



M. ANTONII  
SABELLICI,  
RERUM VENETARUM  
AB URBE CONDITA,  
*DECADIS SECUNDÆ,*

L I B E R I.



ulta nobis res Venetas scribentibus occur-  
runt, quæ tam Romanis similia sunt, ut  
consilio, laboribus, fortunæ varietate,  
eventu ipso, nihil videri possit similius.  
Sed horum omnium quæ non pauca sunt,  
ut dixi, bella, quæ Veneti cum Genuen-  
sibus gessere, simillimam videntur mihi

1289

*Venetarum  
& Ligusti-  
carum re-  
rum cum  
Romanis &  
Punicis  
compara-  
tio.*

habere speciem cum iis, quæ Romanus populus cum Car-  
thaginenibus olim gessit; neque enim locorum vicinitate  
(ut sæpe fit) inter illos æmulatio, neque bellum ortum  
videri potuit, quippe qui tantum inter se distabant, quan-

Q 2

tum